

20

1620 2<sup>a</sup>

28

Disputatio Feudalis,  
*De*  
**TRIPLICI DOME-**  
**STICITATIS, SUBIECTI-**  
ONIS, ET VASALLAGII FIDELI-  
TATE, EJUSDEMQUE JURAMENTO,

*Quam,*  
*Sub felici*

*ALMÆ TRIADOS*  
*auspicio,*

Magnifici atq; nobilissimi J<sup>C</sup>torum Collegii, in per-  
illustri Wittebergeni Academiâ, consensu  
accedente,

*P R A E S A D E*  
*Viro Clarissimo atque Consultissimo*

**Dn. GOTTFRIDO Reuter Bitterf.**

Sax. U. J. D. Juridicæ ibidem Facultatis Assessore,  
Affine & Fautore suo ætatem honorando.

*Publicè pro ingenij viribus*  
*tuebitur*

**GOTTFRIDUS ERHARDI**

*Cosyvigæ-Anhaltinus.*

*Add diem 1. Septembr. hor. post 6. matut. in Aula rectorij Ctorum.*

*WITTEBERGÆ,*

*Typis viduae JOHANNIS MATTHÆI,*  
*Anno M. DC. XX.*





ILLUSTRISSIMO CELSISISSIMO -  
QUE PRINCIPI AC DOMINO,  
*Domino.*

RUDOLPHO,  
Principi Anhaltino, Comi-  
ti Ascaniæ, Domino Servestæ ac  
Bernburgi &c.


Domino suo clementissimo,

IN.

Æviternum humilime subjectionis monumentum,,  
Studiorumq; Academicorum testimonium,

Dic, consec. manc.  
Suamq; salutem etiam  
arg; etiam commendat

Gottfridus Erhardi Cosvvi-  
gå - Anhaltinus A. & R.





In nomine Domini nostri  
JESU CHRISTI

Ad omnia consilia, omnesq; actus semper re-  
ctè progredimur. l. 2. in princ. C. d. off.  
pref. præt. Afr.

## PROCEMIUM.



um fides sive fidelitas sit de feuo  
di substantiâ. Vult d. feud. lib.  
l. c. 6. n. 8. Bocer. tract. d. subst.  
feud. c. I n. 5. sive formâ specificâ  
V Ves. d. feud. c. 8. n. 19. & in fin.  
adeò ut sine ea feudum subsistere nequeat c. un. in  
fin. per qu. fiat inv. 3. F. 2: Operæ pretium nos  
facturos arbitramur, si disputatione istâ, de inve-  
stitura, ejusq; renovatione antè habitâ, in hanc  
ipsam quoq; materiam, aliquantò presiùs inqui-  
ramus.

## THÈSIS II.

T riplex verò à FF. communiter statuitur. Fidelitas,  
totidemq; ejusdem juramenta. Una ut plurimum  
familiaritatis, sive officij, & secundum Nobilit. J.C. Dm.  
Andr. Knich. d. sublim. & reg. terr. jur. c. 3. n. 240. Matth.  
Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 2. c. 7. n. 240. conditionis: Altera  
A 2      la sub-

ra subjectionis; Et tertia Feudalitiae Bocer. d. tr. d. subst.  
feud. c. 1. n. 11. sive Vasallagij, & Clientelaris vocatur tex.  
expressus in c. un. qual. jur. deb. vas. fid. §. F. 2. & ibi. FF.  
comm. Jacobin. d. S. Georg. in cynos. jur. feud. verb. qui  
quidem investiti. n. i. & seqq. Schneid. in ep. feud. p. 5. c.  
1. num. 63. Vultej. d. c. 6. num. 7. De quibus impræsen-  
tiarum pro ratione instituti, brevibus ordine aliquid  
dicendum.

## II.

Prima fidelitatis species est, quam Domestici h.e.  
Familiares principum, & consiliarij atq; ministri, rati-  
one & intuitu solius officij sive ministerij, licet nulla à  
Dominis feuda recognoscant, neq; ulla bona allodia-  
lia sub ijsdem possideant, præstare & jurare coguntur,  
quales sunt Cancellarij, Consiliarij, Dapiferi, alijq; de  
familia; unde & Domesticitatis sive Familiaritatis jura-  
mentum, vulgo Nahts oder Dienstpflicht vocatur Iac.  
d. S. Georg. d. loc. n. 3. Schneid. d. loc. n. 63. Vult. d. c. 6. n. 6.  
Rosenth. in syn. feud. c. 6. concl. 85. n. 11. lit. N..

## III.

Ubi statim in quæstionem venit: Anne Officialis,,  
qui per aliquot annos publico præfuit officio, & adhuc  
præest, si propter adversam valetudinem, putè furo-  
rem sive dementiam, vel aliam sonticam causam, offi-  
cium administrare impediatur, nihil minus salarium  
integri istius anni, quo in hoc malum inciderit, petere  
possit?. Affirm: opinionem, tanquam juris rationi  
magis consentaneam, sequimur arg. l. 1. §. Divus. 13 ff.  
d. var. & extraord. cognit. l. qui operas. 38. ff. locat. l. 4.  
ff. d. off. ass. l. pen. & ult. C. d. cond. ob caus. l. 15. §. 1. C.  
d. ad voc. div. judic. cum hoc casu similis habeatur, acsi  
sanus.



fanus permanisset arg. l. 4. C. d. dom. & protect. l. 4. §.  
§. vers. sed et si quibusdam. ff. d. statu lib.

IV.

Sed an prædictas ob causas in totum ab officio quis sit removendus, quæritur? Neg: arridet sententia per text. int. judex datus. 46. ff. d. judic. l. 8. §. 1. ff. di-  
tut. & cur. dat. ab h. l. qui furere. 20. ff. d. stat. hom.

V..

Ulterius hîc inquirere lubet, An istius anni, quo post laborem susceptum ante completum annum de-  
cessit officialis, cui annua salario constituta fuerunt, integrum salarium ad heredes vel successores trans-  
mittatur? Id quod affirmandum censemus per l. fi-  
quis in sacris. ii. in fin. C. d. prox. sacr. scrin. l. matriculam.  
3. C. d. agentib. in reb. l. i. C. d. primipil. Geit. lib. i. obs.  
44. num. 12. Mynsing. 3. observ. 8. Hackelm. disput. pand.  
4. 8. 10. lit. C. & D. vid. Rauchb. libr. l. qq. jur. civ. &  
Saxon q. 25.

VI.

Quid? si vasallus, qui Domino ratione feudi vel  
subjectionis, præstítit juramentum fidelitatis clien-  
telaris, postea verò recipiatur à Domino in familia-  
rem & domesticum, an juramentum assecurationis,  
quod officij est, præstare teneatur? Licet uno eo-  
demq; juramento utrumq; expediri posse videatur,  
arg. d. c. un. qual. jur. deb. vas. s. F. 2. l. accipientis. 15.  
ff. d. aut. tut. ratio tamen & usus suadet, ut, nisi fortè  
ei remittatur, etiam hoc juramentum separatim præ-  
stetur Jac. d. S. Georg. d. loc. n. 6. Schneid. d. p. 5. c. 1. num.  
66. Vult. lib. 1. c. 6. n. 7. Id quod utilitate sua non caret,  
ut eleganter deducit Frid. Fur. in ide. consil. cap. 4. p.  
m. 116.

A 3

7. Atq;

VII.

Atq; hoc domesticitatis juramentum justissimā de causā receptum & introductum est, ad evitandam scilicet suspicionem, fraudem & machinationem contra Dominum Gl. & Dd. in d. c. un. qual. jur. deb. vas. 5. F. 2. cūm juxta Gl. in l. 1. in pr. verb. domesticis. ff. ad SC. Syllan. pessimus nocendi artifex sit improbus domesticus, nullaq; pestis ad nocendum vel magis præsentanea, vel efficacior, quàm familiaris & domesticus i-nimicus Gl. in c. si inimicus. dist. 93. fac. l. data jam pridem. 27. C. d. donat. Alvarot. & Schenck Bar. in d. c. un. qual. jur. deb. vas. num. 4. Matth. Steph. d. jurisd. libr. 2. p. 1. c. 7. num. 241.

IIX.

Hinc & hoc domesticitatis juramentum ab omnibus omnino personis, quæ sunt in officio & familia principum, tam extra, quàm in domo & aula eorumdem commorantibus, & quidem statim ab initio, & quamprimum inter familiares recipiuntur, jure exigi potest Vult. d. feud. lib. 1. c. 6. n. 6. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 240.

IIX.

Ubi in quæstionem venit: An privatorum quoq; famuli & ministri, ad fidelitatis hujus sive domesticitatis juramentum præstandum æquè cogi possint? Et cūm hi Dominis suis æquè fideles esse debeant, & occasione familiaritatis non minus dominis suis nocere possint, cum Matth. Steph. d. c. 7. n. 240. Schenck. d. loc. n. 5. Rosenth. d. c. 6. concl. 85. lit. N. in fin. affirm; sententiam sequimur.

X.

Excipiuntur tamen aliqui, in quos fraudis nulla-  
cadit

cadit suspicio, quiq; suā sponte cōmodū promovere, vitamq; & honorem dominorum ultrò defendere præsumuntur arg. l. 6. §. 2. de jur. patron. Everb. in loc. 4cessat. rat. 80. Schneid. d. p. 5, n. 64.

XI.

Sic filius patri, cùm pater & filius una eademq; intelligantur persona, & vice versa, pater filio, quem diligit plus ac semetipsum, jurare excipitur c. contradicimus. §. hac auctoritate. cau. 35. q. 3. l. fin. C. d. impub. & at. subst. §. fin. Inst. d. nox. act. §. si quis. 4. vers. ei verò. Inst. d. in util. stipul. l. 8. §. fin. ff. quod met. cau. Alvar. in d. c. un. qual. jur. deb. Schneid. d. p. 5, n. 64. Rosenth. d. concl. 85, lit. N.

XII.

Sic & uxor marito, quæ socia rei humanæ atq; diuinæ domus, ut loquitur Imp. Gordianus in l. 4. C. d. crim. expil. her. suscipitur, jurare non tenetur Schneid. d. loc. n. 64. Intrigiol. quest. feud. 56. n. 207. & seq. Rosenth. d. loc. cùm & aliàs una caro reputentur c. Martinus 4. de cognat. spirit.

XIII.

Quod si verò suspicionis periculum in prædictas personas cadere animadvertatur, æquè atq; alii iurabunt Jacobin. d. S. Georg. & Schneid. dd. loc. Mozz. tract. d. subst. feud. n. 11.

XIV.

Sed quid de Clericis statuendum; An & illi, putata concionatores aulici, hoc juramentum præstare teneantur? Eādem immunitate, quatenus solis sacris obeundis præsint, eos gaudere, Cc. existimant per c. mis. 30. c. petitio. 31. X. de jurej. Et tamen nihilominus æquè.

p. A. IVX



æquè atq; alii, ad observantiam eorum, quæ in jura-  
mento domesticitatis continentur, obstrictos esse,  
merito asseritur, *Intrigiol. d. quest. 56. n. 218. arg. con-*  
*stit. d. pac. Const. S. Vasalli, ibi, s. itales persone.*

XV.

Cum itaq; hoc fidelitatis juramentum ratione do-  
mesticitatis seu familiæ, ut dominus eò securior esse  
possit, adinventum & introductum sit, haud perpe-  
ram queritur, Num & Agnatus Domini, si in domo e-  
jus, tanquam futurus successor, commoretur, nec ta-  
men officium aliquod sustineat, aut alia bona sub ejus-  
dem jurisdictione, sita habeat, rectè ad hujusmodi ju-  
ramenti præstationem cogi possit? Idque ut affirme-  
mus, ratio suadet arg. l. i. § 2. C. ubi pupil. educ. deb. jun-  
cta l. pronunciatio. 195. §. 2. vers. communi. ff. d. V. S.  
Schenck B. § alij ad d. c. un. qual. jur. deb. vas. fid. 5. F. 2.  
Jac. d. S. Georg. d. loc. n. 5. in fin. Rosenth. d. c. 6. concl. 85.  
n. 13. lit. P. Atq; hæc de juramento Domesticitatis sive  
officii.

XVI.

Altera Fidelitatis species dicitur Subjectionis, a-  
liàs pragmaticis *Homagium c. veritatis. 14. ext. d. jurej.*  
*vel etiam antiquis Hominium, aut secundum Jv. Car-*  
*notens. Hominatum; Setser. d. Juram. lib. 2. c. 2. n. 5. Bocer.*  
*d. invest. feud. c. 4. n. 5. vulgo die Huldigung oder Erb-*  
*vnd Landshuldigungspflicht / dicitur, CL. JC. Dn. Andr.*  
*Knick. d. sublim. § reg. terr. jur. c. 3. n. 240. § in comment.*  
*ad jus Sax. verb. Ducum Saxon. c. 5. f. 168. § d. vestit.*  
*pact. c. 5. n. 71. Matth. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n.*  
*209. Rosenth. d. c. 6. concl. 85. n. 4. Borch. d. feud. c. 2. n.*  
*16. Vult. lib. 1. d. feud. c. 6. n. 6. Schneid. in epit. feud. p. 5.*  
*c. 1. n. 67. § seqq.*

XVII. Atq;



XVII.

Atq; hanc fidelitatem subditi magistratui suo jurant & promittunt, se ratione subjectionis fore fideles & obedientes Domino sive magistratui suo, getrew vnd gehorsamb zu seyn zwie ehrlichen vnd aufrichtigen Unterthanen geziemt vnd gebühret. Rosenth. d. c. 6. concl. 85. n. 7. in fin. Geil. d. arrest. c. 7. n. 10. & seqq.

XVIII.

Id quod justissimā & æquissimā de causā introduc-  
ctum est, ne subditi seditione vel conspiracye,  
aliisve improbis machinationibus publicam turbent  
& quietem, neve Domini conditionem reddant deteri-  
orem Schenck Baro ad d. c. un. qual. jur. deb. vas. fid. 5.  
F. 2. n. 8.

XIX.

Atq; hoc juramentum subditi magistratui suo,  
tam mediato sive superiori, quam immediato sive in-  
feriori, ratione & intuitu universalis territorii & sub-  
jectionis d. c. un. qual. jur. deb. 5. F. 2. Ruding. de feud. lib.  
I. c. 14. n. 1. quæ non ex bonis, sed ex sola habitatione  
& domicilio æstimatur, Geil. d. pignor. c. 15. n. 7. in tes-  
seram veræ subjectionis, & singularis præminentia  
symbolum & insigne, rectè jurant. CL. Dn. And. Knich.  
d. c. 3. n. 245. Matth. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. num.  
209. & seq.

XX.

Hinc si quis bona in principiis alicujus territorio  
possideat, ipse metuero in eodem territorio domicili-  
um suum non habeat, an ad præstationem hujus jura-  
menti cogi possit, quæritur? Idq; negandum cense-  
mus cum Vult. d. n. 5. Schneid. d. p. 5. nu. 68. in fin. qui  
hanc sententiam communem, & consuetudine ap-

probatam asserit; quemadmodum & Iac. d. S. G. in verb.  
qui quidem investiti. n. 9. se consulente ita judicatum fu-  
isse refert, Rosenth. c. 6. concl. 85. n. 8. Coler. d. profess. ex-  
ec. p. 2. c. 1. n. 37. E seqq.

XXI.

Quod si tamen quis jure & commodis civium u-  
nā fruatur, Bürger würde/brawen vnd bürgerliche Nah-  
rung tricke / majoremq; partem bonorum ibi habeat,  
aut usu sive consuetudine ita receptum inveniatur,  
tum æquè ad præstandum hoc juramentum cogi pos-  
se, statuunt interpres arg. l. 2. C. ubi senat. vel clariss.  
Schenck. ad d. c. un. qual. jur. deb. vas. nu. 7. vid. Zanger.  
d. except. p. 2. cap. l. à num. 25. cum seqq. E. Coler. al-  
leg. loc.

XXII.

Placet hic illustrem & intricatam istam quoque  
annectere quæstionem: An scilicet Imp. sive Princeps  
bona subditis invitis, absq; justa causa, ex plenitudine,  
ut ajunt, potestatis auferre, aliisq; in feudum concedere  
possit? Qui principem ex plenitudine potestatis id  
facere posse negant, per gulam mentiri, asserit Angel.  
Perus. l. itē si verberatum. 15. ff. d. R. V. Sed Angelum ibi  
loqui non ut Angelum, sed ut hominem mendacem,  
respondet Crav. conf. 241. n. 20. refertente Joān Zabel.  
in inst. feud. exerc. 3. θ. 6. lit. A. circ. fin. Quib. nostrum  
quoq; addere calculum non erubescimus propter tex.  
3. Reg. 21. E. 4. Reg. 9. Ezech. 46. vers. 18. c. un. in pr. 7. F. 1. c.  
un. in pr. d. feud. sin. culp. non am. 21. E. c. un. §. lancimus. quo  
temp. mil. 22. eod. l. incivile. 11. C. d. R. V. l. 3. C. de re-  
scind. vend. l. digna vox. 4. C. d. LL. l. 7. C. d. prec.  
Imp. offer. Geil. lib. 2. obs. 56. num. 8. E seq. c. ult. cau.  
2. q. 1.

23. Exci-

**XXIII.**

Excipitur tamen hic casus utilitatis & necessitatis  
publicæ c. imperiale in pr. d. prohib. feud. al. per Frid. 55.  
F. 2. l. utilitas. 3. C. d. primi p. l. § 1 §. fin. vers. multa. ff.  
ad L. Aquil. quo casu nihilominus pretium refundi de-  
bet. l. 13. §. 1. ff. comm. pred. l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro  
prem. Zabel. d. loc. Niel. dissp. feud. 2. 9. 3. lit. D. Bocer. d.  
invest. c. 3. n. 75.

**XXIV.**

At vero hoc subjectionis juramentum ab omni-  
bus omnino personis, quæ jurisdictioni magistratus  
subsunt, adeoq; & Clericis, licet Pontifices ab hoc jura-  
mento per c. nimis. 30. & seq. eos immunes esse volue-  
rint, ab anno etatis XIII. const. Frid. d. pac. ten. in princ.  
53. F. 2. & const. d. pac. Constant. §. bant igitur vers. in Chri-  
stianomine. Roman. 13. in pr. & quidem in persona pro-  
pria, ita ut procurator sive mandatarius non admitta-  
tur, præstari debet CL. JC. Dn. Andr. Knich. d. subl. &  
reg. terr. jur. c. 3. n. 247. Zaf. d. feud. p. 7. n. 21. Bl. in l. I.  
§. ne autem. C. d. caduc. toll. Geil. d. arr. c. 7. n. 11. & seq.  
Vult. lib. 1. d. feud. c. 7. n. 32. nisi forte Dominus conser-  
tia, vel consuetudo regionum aliud exigat Rosenth. c.  
6. concl. 37. lib. E.

**XXV.**

Et pertinet magis ad jurisdictionem civilem,  
quam ad merum & mixtum imperium. Unde & si in  
eodem pago, vico aut urbe, alter merum & mixtum  
imperium die Ober- und Halsgerichte, alter vero juris-  
dictionem civilem die Unter- und Erbgerichte haberet:  
hoc subjectionis juramentum ei, ad quem jurisdictio  
civilis spectat, præstandum Rosenth. in Jyn. feud. d. c. 6.  
concl. 85. n. 10.

X.XVI.

Formulam juramenti tam subjectionis quam domesticitatis Feudista in d.c.un. qual.jur.deb.vas.fid.5.  
F.2.in fin.& exemplum juramenti subjectionis ex Otto.  
Frinsing.in libr.de Friderico c.19 refert Franc.Hottom.in  
d.c.un.qual.jur.deb. Hodiè subditi magistratui suo in  
hanc circiter formulam jurare solent: Dass sie ihrem  
Erb- und LandesFürsten/vnd dero Erben vnd Nachkom-  
men/ getrew/ holdt vnd Gehorsamb zu seyn/ dero Schaden  
zu wenden vnd zu warnen/ Nutzen/ frommen vnd bestes zu  
werben/vnd zu fördern/ vnd alles dasjenige zu thun/ was  
getrewe Untertanen ihrem Erb- und LandesFürsten zu  
thun schuldig seyn/ Geil.d.arrest.imper.c.7.n.10.Rosenth.  
d.c.6.concl.85.n.7.in fin. Et tantum quoq; de juramen-  
to subjectionis.

X.XVII.

Succedit tercia Fidelitatis species VASALLAGI  
sive CLIENTELARIS, Nostratis die Lehnspflicht, CL.  
Dn. Knich. d. tract. c.3. n. 240. Schneid. in epit. feud. p. 5. n.  
63. Vult. lib 1. c. 6. n. 7. Unde etiam Vasalli naſ eξoχw  
dicuntur Fideles tit. 1. §. 1. & tit. 4. §. 5. tit. 5. §. item si fi-  
delis tit. 10. F. 1. Boer. d. subst. feud. c. 1. n. 8. Germanis  
Getrewe/unde & feudum semper sub conditione ista  
fidei concessum esse intelligitur, dass der Lehnman dem  
Lehnherren getrew vnd hold seyt Vult. d. c. 6. nu. 8. Gotbofr.  
Ant. disp. feud. 7. 8. 1. lit. D. Joann. Zabel. exerc. feud. 7.  
8. 1. lit. B.

X.XVIII.

Quæ in se considerata nihil aliud est, quam juris  
vinculum, quo ratione feudi constituti, ulro citroq;  
Dominus vasallo patrocinii c.1.d.form.fidel.6.F.2,& ite-  
rum.

rum vasallus Domino servitij jure tenetur. c. 1. §. fin.  
per qu. fiat inv. 3. F. 2. c. 1. §. fin. in quib. cau. feud. am. 23.  
F. eod. Gotbofr. Ant. disp. 7. θ. I. lit. C. & θ. 2. lit. a. b. c.  
& θ. 10.

### XXIX.

Respectu verò solius vasalli, de quo nob. hic sermo, dicitur promissio fidei, quam vasallus Domino, ratione feudi, sive juris in re immobili constituti tit. 1. in fin. & tit. 23. in fin. F. 2. quod tenet & recognoscit à Domino, facit & præstat Vult. d. c. 6. n. 7. Schneid. in epit. feud. p. 5. c. 1. n. 63. Jac. d. S. G. verb. qui quidem invest. n. 1. Zabel. exerc. feud. 7. θ. 2.

### XXX.

Quæ fidelitas, tanquam ipsa essentia, & feudi forma specifica, nec directè, nec indirectè, salvo jure feudi, remitti potest. c. 1. §. fin. per qu. fiat inv. 3. c. 1. qual. jur. deb. vas. fidet. cum 2. seqq. c. 1. §. 1. in fin. qu. fu. prim. cau. benef. am. 24. c. 1. d. fidet. 76. F. 2. l. 27. §. 4. ff. d. pact. Bocer. d. subst. feud. c. 1. n. 13. & d. qual. & diff. feud. c. 1. n. 3. Rosenth. in syn. feud. c. 2. concl. 66, n. 3. & c. 10. concl. 34. n. 60. Sonsbec. d. feud. p. 2. n. 34. Vult. d. c. 6. n. 10. & c. 7. n. 55. vers. ex quibus.

### XXXI.

Atq; hanc fidelitatem vasallus aliquando simpliciter, & sine juramento, aliquando verò, & plerumq; quidem interveniente & mediante juramento, facit & præstat c. un. in fin. per qu. fiat inv. 3. F. 2. c. un. §. 1. qu. fu. prim. cau. ben. am. 24. eod. Wesenb. d. feud. c. 8. n. 28. Unde & non immerito in juratam & non juratam despescitur Schoner. lib. 1. disp. feud. §. θ. 160. Bocer. d. inv. feud. c. 4. n. 11.

### XXXII.

Utraq; tam jurata, quam injurata, Domini vitam,

famam & bona comprehendit atq; complectitur c. un.  
qual. jur. deb. vas. fid. 5. F. 2. c. un. d. nov. form. fidet. 7. F.  
eod. Schoner. d. disp. 5. 8. 161.

XXXIII.

Hujus posterioris fidelitatis vasallus, aliâs per non-Sacramentum dictus c. un. in fin. qual. Dom. propr. feu. priv. 47. F. 2. Bocer. d. c. 4. n. 19. nihilominus ad ipsam fidelitatem, & omnia, quæ fidelitatis juramento continentur, astringitur, non minus ac si solemniter eam jurasset c. veritatis. in fin. X. d. jurejur. FF. in c. un. qu. fu. prim. cau. ben. am. 24. F. 2. Zas. d. feud. p. 12. num. 34. Rosenth. c. 2. concl. 60. num. 2. & concl. 66. num. 2. Schrad. p. 2. cap. 4. num. 19. Intrigl. quest. feud. 42. num. 6. Non tamen ejusmodi vasallus si forsan feloniam commiserit, ultra feudi privationem, etiam perjurij poena, ut Schoner. disp. 5. 8. 162. frustra statuit, constringi poterit per. tex. in c. clericus. pen. X. d. jurej. Schrad. p. 6. cap. 4. num. 14.

XXXIV.

Sanè ut vasalli omnino omnes, absq; ullo discrimine, fidelitatem debent, ita & ejus confirmandæ & magis astringendæ causâ, ad juramenti præstationem regulariter tenentur, nisi forte eis remittatur c. i. in fin. per. qu. fiat inv. 3. F. 2. c. 1. §. 1. in fin. qu. fu. prim. cau. ben. am. 24. c. un. d. fidelit. 76. F. eod. aut contrarium consuetudine vel statutis receptum & introductum deprehendatur arg. l. 32. & l. 33. ff. d. LL. Jul. Clar. §. feendum. q. 47. n. 9. Borch. d. feud. c. 7. p. 2. n. 64. Arum. disp. feud. 6. 8. 14.

XXXV.

Sed cùm uterq; tam Dominus quam vasallus mutuâ obligatione sibi invicem astringantur 6. in fin. F. 2. unde

Unde & ille huic conjux & amicus dicitur in fin.  
princ. tit. d. not. feud. 58. F. 2. CL. Dn. Knich. d. vest. pact.  
c. 5. n. 152 & tritum sit, Treuer Herr/ Treuer Knecht,  
hinc eleganter queritur; Anne ut vasallus Domino,  
ita & vicissim Dominus vasallo, ejusmodi fidelitatis ju-  
ramentum praestare teneatur? Neg: sent: veritati pro-  
pior putatur arg. l. qui bona fide. 13. §. 14. ff. d. damn. inf.  
Wesentl. d. feud c. 8. n. 25. 3ac. d. S. G. d. verb. qui quidem.  
n. 16. Schrad. d. feud. p. 6. c. 7. n. 9. & seq. Vult. lib. 1. d. feud.  
c. 10. n. 37. Schenck B. ad. §. dominus. tit. 6. F. 2. n. 2. Zaf. p.  
7. n. 57. Schneid. d. feud. p. 5. c. 1. n. 135. Matth. Steph.  
d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 256. Intrigl. d. feud. q. 62. per tot.  
Gothofr. Ant. d. disp. 7. 8. 1. lit. D.

### XXXVI.

Præstatur hoc juramentum ab omnibus vasallis,  
sine discrimine tam sexus, sive sint masculi, sive femi-  
næ d. c. 1. in. fin. 3. c. un. 4. c. un. 5. F. 2. junct. l. 1. l. 195. in  
pr. ff. d. V. S. l. 7. §. 1. ff. d. jurisd. l. 62. in fin. ff. d. leg. 3. l.  
26. in pr. ff. d. jurejur. l. 3. §. 1. ff. d. neg. gest. Schrad. d.  
p. 6. c. 4. num. 8. quam ætatis d. l. 26. ff. d. jurej. modò  
sint puberes, & annum ætatis XIV. compleverint. c.  
imperiale, vers. præterea si quis infudatus. d. prob.  
feud. al. per Frid. 55. F. 2. c. 1. §. si minori. & §. si quis de-  
cesserit. si d. feud. def. cont. sit. 26. eod. & utrobiq. Schenck B.  
Gothofr. Ant. disp. feud. 8. 8. 5. lit. E. Jure Saxonico ist der  
Kinder Jahrzahl dreyzehn Jahr vnd sechs Wochen von  
ihrer gebuht/ LehnR. art. 26. in pr. & Gl. in Weichb. ad  
art. 26. Schneid. d. p. 3. num. 103. & p. 5. n. 29. & ad. princ.  
Inst. quib. mod. tut. fin. num. 4.

### XXXVII.

Sed an minor ætas, confortem majorem excusat,  
hic inquirere placet? Neg: arridet sententia per l.  
un. C.

un. C si in commun. ead. caus. ubi Gotbofr. l. 3. §. 4. l. tutor.

47. §. 1. ff. d. minor. Hillig. ad Donell. lib. 21. comm. c. ult. lit.

Q. Duar. ad. d. l. un. C. si in commun. nisi causa & res sit  
individua, & minori aliter consuli nequeat, præter-  
quam conservato etiam majoris jure Wesenb. in παρ. ad  
d. l. un. C. si in com. ead. cau.

XXXIX.

Etiam absq; discrimine tam dignitatis, atq; sic ni-  
hil refert, sive vasallus ipso Domino sit superior, utputa  
Imp. vel Rex c. un. Imper. feud. am. vel. al. pro se fidel. fac.  
190. F. 2. Sonsbec. d. feud. p. 7. n. 1. Zaf. p. 5. n. 73. Schrad.  
d. p. 6. c. 4. n. 9. Niel. disp. feud. 2. 8. 6. lit. G. quo casu  
per substitutum fidelitatem jurat & præstat arg. l. 16. l.  
ad similitudinem 21. C. d. Episc. & cler. l. nullus. 60. C. d.  
decur. sive inferior d. c. un. Imper. feud. am. quam status  
aut conditionis, sive sint Clerici, sive Laici c. nimis. 30.  
c. petitio. 31. X. d. jurej. c. verum. X. d. for. compet.

XXXIX.

Tum etiam omnes absq; ullo numerorum discri-  
mine, adeo ut nihil referat, sive sit universitas, civitas,  
collegium, aut quævis alia communio, & tum jura-  
mentum hoc, per eum, per quem res aliâs agi & expe-  
diri solent, puta per civitatis administratorem, syndi-  
cum, speciale mandatum ad hoc habentem, præstare  
tenantur c. un. §. sed utrum. in fin. 3. F. 2. arg. l. 97. ff. d.  
cond. & dem. l. sed si bac. 10. §. qui manumittitur. ff. d. in-  
jus voc. l. in tantum. 6. §. 1. ff. d. R. D. Jac. d. S. G. d. verb.  
qui quidem invest. n. 27. p. m. 367. Schneid. p. 5. n. 70. Vult.  
d. lib. 1. c. 7. n. 35. Schrad. p. 6. c. 1. n. 2. & c. 4. n. 24. Schoner.  
d. disput. 5. 8. 169.

XL.

Sive etiam sint demortui vasalli plures coheredes,  
feuda

feuda sibi delata possidentes, c. i. in pr. qu. fu. prim. cau-  
ben. am. 24. F. 2. licet vasilius defunctus pro se & here-  
dibus suis fidelitatem Domino suo jurârit Schrad. d. p. 6.  
c. 4. n. 6. Vult. lib. 1. d. feud. c 7. n. 38. Schneid d. p. 5. n. 71.  
Jac. d. S. G. d. verb. qui quid. inv. n. 36. Bocer. d. inv. feud. c.  
4. n. 26. Rosenth. c. 6. concl. 35. n. 1. sive sint plures vasalli,  
simultaneè investiti, spe tantum feuda tenentes, welche  
zugleich die gesamte Handl an einem Lehn haben / ut Sa-  
xo loquitur const. Elect. 45. S. die gesamte Handl aber.  
5. p. 2. LehnR. c. 5. § 6. Wes. c. 8. d. feud. n. 22.

XLI.

Sed, an hi omnes & singuli, hoc fidelitatis jura-  
mentum præstare debeant, frequens est & crebris Dd.  
opinionib. ventilata quæstio? Ita existimam⁹, sive pro  
diviso sive indiviso possideant, pertex. in c. i. §. 4. vers.  
omnes, si d. feud. def. cont. sit int. dom. 26. F. 2. c. imperia-  
lem. §. 1. vers. præterea. d. prob. feud. al. per Frid. 55. eod.  
Nisi forte in divisione feudum uni obvenerit, tunc e-  
nim ille solus jurabit d. vers. omnes, aut cohæredes sive  
fratres consortes Rittersb. lib. 1. P. F. c. 9. q. 25. unum ex  
se, vel prorsus extraneum elegerint, vulgo einen Lehn-  
träger, qui speciale mandatum ad hochabens, commu-  
ni omnium nomine juret, FF. comm. in d. vers. omnes.  
Wes. c. 8. n. 9. Schneid. p. 5. n. 12. Vult. c. 7. n. 93. Sonsbec. p. 11.  
n. 14. Bocer. d. inv. c. 4. n. 16. Idq; Germaniæ consuetudi-  
ne receptum testantur Udalr. Zaf. p. 7. n. 11. Borch. d. feud.  
c. 7. p. 1. n. 34. Myns. cent. 5. obs. 9. n. ult.

XLII.

Sed præstito ab omnibus atq; singulis Heredibus,  
feudu mpro indiviso tenentibus, fidelitatis juramen-  
to, An & quis post divisionem factam pro sua portione  
fidelitatem denuo jurare teneatur? Negantium sen-  
tenti-

tentiam tutiorem & veriorem arbitramur Clar. in §.  
feudum. q. 49. n. 12.

XLIII.

Quid? teneturne heres, sui coheredis portionem  
emens, pro eadem etiam fidelitatem facere? Idem  
statuimus in parte, quoad partem Zaf. d. p. 7. n. 1. Jac.  
d. S. G. verb. & cumpacto de non alienando. n. 40. Schneid.  
p. 5. n. 8. & seq. In aula Electorali Saxonica sufficit, si  
quis sub priori juramento fidelitatem stipulata manu,  
etiam respectu ejus feudi, quod de novo acquisivit, re-  
promittat, teste Hartm. Pistor. lib. 2. q. 47. n. 13.

XLIV.

Tandem & omnes vasalli, sive universali, sive  
singulari titulo, feudum acquisierint, jurare tenentur  
Scbrad. d. p. 6. c. 1. n. 5.

XLV.

Nihil quoq; refert, magnum an parvum, Francum  
an Non-francum sit feudum, sive etiam servitia, sive  
annuus exinde præstetur census, c. 1. §. si quis de manso-  
rit. 4. F. 1. c. un. §. est & alia. qu. fu. prim. cau. beni am.  
24. c. un. qual. jur. deb. 5. cum 2. seqq. F. 2. c. 1. §. similiter  
versi. præterea. d. proh. feud. al. per. Frid. 55. eod. Schoners  
d. disp. 5. 8. 171. Joan. Zabel. exerc. feud. 7. 8. 2. lit. A. nisi  
pacto remissum fuerit. juramentum 3. in fin. F. 2. per  
qu. fiat inv. Vult. lib. 1. d. feud. c. 7. n. 39. qui hanc sen-  
tentiam in punto juris veriorem arbitratur, licet con-  
trarium, quoad feudum modicum, teste eodem, usu  
observetur.

XLVI.

Quod si verò prædicti vasalli juramentum hujusmo-  
di personaliter per se met ipsos præstare vel nolint, vel  
impediantur, per procuratorem, speciale mandatum  
ad.

hochabentem, & quidem tale, in quo verbis exprimantur nomen Domini, jurare poterunt d. c. i. §. sed utrum ibi FF. per qu. fiat inv. 3. F. 2. junct. clem. un. vers. dictus namq; Henricus. X. d. jurej. c. optatum. 4. in fin. dist. 100. arg. l. 14. §. fin. ff. d. const. pecun. l. quibona fide. 13. §. si alieno. 13. ff. d. damn. inf. l. si quis mihi. 25. §. sed utrum. 5. ff. d. acquir. hered. Quod si tamen Dominus iustas habeat causas, cur vasallum praesentem esse velit, tum vasallus comparere, & in propria persona jurare tenetur H. Pistor. q. 47. n. 59. Vult. c. 7. n. 32. Matth. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 232. Niel. disp. 7. 8. 2. lit. C. nisi vasallus justo impedimento, wegen rechtmessiger Ehehafften / (quæ qualia sint jure Sax: ut à contumacia excusent, probat Coler. d. process. exec. p. 1. c. 2. n. 21.) impeditus venire nequeat; Tum enim etiam invito Domino procuratorem admittendum, aut negotium istud, donec impedimentum remotum sit, sine periculo vasalli, & absq; feudi jactura, differendum, æquitas suadet Rosenth. c. 6. concl. 37. n. 3.

#### XLVII.

Cæterum præstatur hoc fidelitatis Clientelaris jurementum soli feudi Domino. c. 1. §. ult. per qu. fiat inv. 3. c. un. qual. jur. deb. 5. c. 1. d. capp. Corr. 40. F. 2. in tantum, ut ne quidem filio Domini, vivo adhuc ipso Domino, fidelitatis jumentum præstari debeat Mozz. d. feud. subst. n. 14. Schrad. d. feud. p. 6. c. 4. n. 27. Jac. d. S. G. d. verb. qui quid. inv. n. 13. Bocer. d. inv. feud. d. c. 4. n. 32. nisi dominus jus suum directū filio suo concedat, & vasallum à jumento sibi præstito absolvat Vult. d. c. 7. lib. 1. d. feud. num. 90.

#### XLIX.

Non tamen Domino excommunicato c. 1. in princ. h. fin.  
boco. 22

C 2 vñning lex.

Lex. 28. F. 2. c. pen. d. sentent. excommunic. Schneid. d. p. 5.  
n. 73 Zaf. p. 7. n. 40. Jac. d. S. G. d. verb. qui quidem inv.  
n. 50. Schenck. add d. c. un. in pr. n. 21. hic fin. lex. 28. F. 2.  
Gothofr. Ant. disp. feud. 7. 8. lit. C. nec hæretico jura-  
tur c. excommunicamus. 13. §. si vero dominus. c. fin. X d. hæ-  
retic. Schöner. d. disp. 5. lib. 1. 8. 181. Schrad. p. 6. c. 5. n. 16.

XLIX.

Sed & per procuratorem Domini hoc fidelitatis  
juramentum recipi potest, c. un. per qui fiat inv. 3. F. 2. c.  
eate. 22. X. d. jurej. Schrad. d. p. 6. c. 4. n. 36. Quemad-  
modum & hodie juramentum hoc vasalli maiores, vul-  
go die Schrifft. vnd Cankley sachsen coram principum  
cancellario & ordinarijs consiliarijs: Minores vero va-  
salli & valvasini, die Ambisachsen coram officialibus di-  
strictuum aut parochiarum, quos nos Schöfferos voca-  
mus, praestare solent.

L.

At mortuo jam Domino, heredibus & successori-  
bus ejusdem fidelitas veniet praestanda c. 1. in princ. quo  
temp. mil. inv. pet. deb. 22. F. 1. c. un. in pr. qu. fu. prim. cau-  
ben. am. 24. c. un. in pr. d. capp. Corr. 40. F. 2. ubi FF. comm.  
etiam si vasallus Domino defuncto, ejusq; successori-  
bus fidelitatem promiserit Bocer. d. invest. feud. c. 4.  
num. 27. § seqq.

L.I.

Si itaq; dominium directum, aut feudum domi-  
nans, ad unum aliquem heredum, vel ex divisione, vel  
ex vigore cuiusdam privilegij, consuetudinis, aut alia  
quavis ratione pervenerit, soli ei jurandum esse patet  
arg. §. omnes. in fin. si d. feud. def. cont. sit. 26. F. 2. H. Pist.  
lib. 2. q. 47. num. 29. Schenck. add d. §. omnes. n. 10. Bocer.  
d. inv. feud. c. 4. num. 42. Rosenth. c. 6. concl. 38. num. 3.  
§ 6. Schrad. d. p. 6. c. 1. n. 13. Schneid. p. 5. n. 15. § seq. argit. 1.  
§. 1. ff. d. assign. libert.

52. Quod.

**L II.**

Quod si verò omnes rem feudalem indivisam pos-  
siderant, an omnibus atq; singulis jurari debeat, intrica-  
tæ certè & nodosæ est quæstionis? Nos uni omnium  
nomine clientelare juramentum præstandum esse,  
cum H. Pist. d. q. 47. n. 24. & seqq. Vult. d. lib. 1. d. feud.  
c. 7. n. 94. vers. has opiniones. Bocer. d. c. 4. nu. 45. afferi-  
mus a g. c. firmiter. §. præterea ducatus. d. prob. feud. al.  
per Frid. §5. F. 2. l. cui fundus. 56. in fin. ff. d. cond. & dem.  
præsertim cùm hanc sententiam, tanquam commu-  
nem in praxi servari testetur Jac. d. S. Georg. verb. qui  
quidem investiti. n. 28. verb. placet etiam. & se observari  
vidisse scribit. Jul. Clar. §. feudum. q. 49. n. 12. quemad-  
modum & de usu & observantia Germaniæ attestatur.  
Zas. p. 7 n. 11. Rosenth. c. 6. concl. 38. n. 11. & in not. sub lit.  
G. Gothofr. Ant. disp. 8. 8. 2. lit. A.

**L III.**

Sed à quonam ille eligendus? Nos eligendi po-  
tatem domini heredibus tribuimus arg. l. stipulatio. 21.  
§. idem ait. 6. ff. d. nov. oper. nunc. id quod cum jure Sax.  
in c. 29. LehnR. concordat, ibi: Ob sie sich darumb selb-  
sten nicht vereinigen / von weme sie ihr Gut empfahen wol-  
len Clar. d. q. 49. n. 11. H. Pist. d. loc. n. 26. Vult. d. loc. nu. 95.  
Bocer. n. 45. Quid? si Domini coheredes in uno eligen-  
do consentire vel nolint, aut non possint? Electio pe-  
nes vasallum erit, ut aut digniorem, si adsit, aut eo de-  
ficiente, seniorem eligat arg. l. 3. §. 4. ff. ad SC. Silan. l.  
ult. ff. d. fid. instrum. l. cum pater. 77. §. pater. 21. ff. d. leg.  
2. H. Pist. d. loc. n. 26. & 27. Sed & Dominus superior,  
vasallo electionem repudiante, controversiam hanc  
dirimat arg. §. 1. vers. sin autem ipsi tutores. Inst. d. Satisd.  
tit. l. si plures. 3. §. si non. 7. vers. prætor igitur. ff. d. adm. &  
peric..

peric. tut. Idq; juri Sax. quoq; convenit, Das muß der oberster Herr erslich endscheiden / an welchen vnter jhnen er sie weisen wolte/d. art. 29. LehnR.

LIV.

Jurat autem vasallus fidelitatem contra omnem hominem, ut Feudista loquitur, in c. i. d. nov. form. fid. 7. F. 2. adeò ut & contra fratrem, quatenus pietas & honestas inde non lèdatur, jurare teneatur. §. contra omnes. b. fin. lex. 28. F. 2. Andr. Kohl. p. 3. d. servit. feud. n. 29. Bocer. tract. d. jur. & commod. sen. lib. 1. c. 4. n. 92. & seqq. arg. l. humanitatis. 23. C. d. excus. tut. & cur. Non tamen contra seipsum, cùm quia ordinata charitas incipit à se ipsa arg. l. preses. 6. C. d. serv. & aq. tum etiam, quia in generali conventione excipitur persona loquentis l. 30. in fin. ff. locat. Dd. in l. 29. §. fin. ff. d. pign. & hypoth. & l. 18. C. d. solut. Sonsb. p. 11. n. 41. Zaf. p. 7. n. 34. Schneid. d. p. 5. n. 87. Vult. d. lib. 1. c. 10. n. 28. Bocer. d. tr. d. jur. & com. sen. lib. 1. c. 4. n. 52. & seqq.

LV.

An vero contra uxorem suam, ex dubiis quoque quæstio est? Hic pro uxore, cùm uxor & maritus per connubium efficiantur una caro Genes. 2. Mattb. 19. & d. c. Martinus d. cognat. spirit. pugnandum arbitramur arg. §. 1. Inst. d. patr. pot. l. 1. ff. d. rit. nupt. l. 22. §. fin. C. d. furt. l. 8. §. vir quoq. C. d. repud. c. quanto. 18. ext. d. jurej. Rosenth. c. 8. concl. 14. n. ult. & c. 10. concl. 2. n. 2. ibidemq. Dd. alleg. Sonsb. p. 12. n. 60. Zaf. p. 10. n. 57. Vult lib. 1. c. 11. n. 34. Schrad. p. 9. c. 7. n. 176. Bocer. d. c. 4. n. 102. & seqq.

LVI.

Sed hoc loco celebris illa, verùm dubia admodum, satisq; scrupulosa nobis sese offert quæstio: An etiam vasallus contra patrem suum fidelitatem jurare tene-

teneatur? Cujacii emendationem non admittentes,  
textumq; 28. F. 2. cum grano salis accipientes, adseri-  
mus, etenim vasallum domino contra patrem suum  
obligari, quatenus pietas & honestas non laedatur, pu-  
ta si pater ad patriam delendam venerit, vel religio-  
nem oppugnaverit arg. l. minime. 35. ff. d. relig. & sumpt.  
fun. c. quinta vallis. ext. d. jurej. Schenck. ad d. §. contra  
omnes. h. fin. lex. 28. F. 2. Sonsb. p. 11. n. 36. & seqq. & p. 12.  
n. 7. Zaf. p. 7. n. 30. & seqq. Wesenb. d. feud. c. 9. n. 11. Ro-  
sentb. d. c. 8. concl. 14. nu. 6. Schrad. p. 6. c. 5. n. 12. & seq.  
Bocer. d. jur. & com. sen. lib. 1. c. 4. n. 67. & seqq. & d. inv.  
feud. c. 4. n. 36. & seqq. Fac. l. 7. §. 16 ff. d. paet. l. 5. C. d.  
LL. l. 112. §. fin. ff. d. leg. l.

### LVII.

Ante omnia vero excipitur Imp. vel Rex Rom.  
sive superior, ut & patria propria patriaq; parens, &  
magistratus loci aut domicili, vasalli ordinarius, cuius-  
nempe subditus est, si non expressè, certè tamen taci-  
tè c. i. d. nev. form. fid. 7. c. 1. §. fin. d. prob. feud. alien. per  
Frid. 55. F. 2. c. 1. §. fin. 25. eod. d. l. minime. ff. d. relig. &  
sumpt. fun. l. veluti. ff. d. f. & 3. l. 19. §. 7. ff. d. capt. & post-  
lim. reversi. Fac. d. S. G. verb. & promiserunt. n. 13. Sonsb.  
p. 12. n. 6. Laur. Sytu. d. feud. recogn. q. 109. n. 17. Vult. d.  
lib. 1. c. 10. n. 31. Schrad. d. feud. p. 6. c. 5. n. 6. Schneid. p.  
§. n. 82.

### LVIII.

Sic & antiquior Dominus excipitur, teste Feudista  
§. contra omnes. 28. F. 2. Jac. d. S. G. d. loc. Hart. Pist. d.  
q. 47. n. 35. Zaf. p. 7. n. 22. Schrad. d. loc. nu. 7. Rittersb.  
in P. F. lib. 2. q. 24. c. 1. Kohl. p. 3. n. 38. in tantum, ut va-  
sallus neq; per se, neq; per substitutum posteriorem  
dominum, adversus antiquiorem, jure juvare possit d.  
§. ult. 28. F. 2. Rosentb. d. c. 8. concl. 16. n. 5. & seq.

### 59. Circum-

LIX.

Circa hoc difficilis & ardua suboritur quæstio,  
utri ex duob. de principatu, aut territoriis, vel directo  
feudi dominio, contendentibus, vasallus fidelitatem  
facere debeat? Quanquam in dubio pro possessore  
præsumatur Gl. in c. nulli dubium. q. 5. & in pari causa  
potior habeatur l. 128. ff. d. R. J. §. 4. vers. commodum.  
*Inst. d. interd. Schoner. lib. 1. disp. feud. c. 6. 179.* adeoq;  
hoc intuitu possidenti fidelitas videatur præstanta: at-  
tamen rebus ita stantibus, neutri horum eam præstan-  
dam, quin potius donec super principali negotio co-  
gnitum, & uni dominium adjudicatum fuerit, cum  
certa protestatione, & salvo cūjusque jure, diffe-  
rendam, tutiū, meliūs & consultiūs judicamus cum  
*Sinsb. d. feud. p. 11. n. 22. vers. fallit quinto. Zas. d. feud. p. 7. n.*  
7. ubi & se istum casum in terminis habuisse subjungit  
*arg. c. si vero d. jur. patron. l. ordinata. 24. §. sed si quas. 3. ff.*  
*d. liber. caus.* Et vel maximè, cūm juramentis temerè  
tanquam tesseris ludi non debeat *arg. c. et si Christus.*  
*ext. d. jurejur.*

LX.

Formam Fidelitatis præstandæ quod attinet, ante  
omnia videndum, quidnam circa eam inter dominum  
& vasallum conventum fuerit, cui etiam, nisi pietatem  
lædat, aut bonis moribus, sive juris prohibitioni repu-  
gnet, omnino standum l. jurisgentium. 7. §. ait prætor. ff.  
d. pact. l. filius qui. 15. ff. d. condit. instit. l. pacta. 6. C. d.  
pact. l. semper. 34. ff. d. R. J.

LXI.

Quod si inter eos nihil conventum, tum an suo,  
an vero alieno nomine quis juret, videndum. Neq;  
enim juramenti procuratorii forma est una & eadem:  
Etenim



Etenim syndicus, aut administratores civitatum & universitatum, siquidem ipsi secula administrant, non tantum in propriam suam, sed una etiam in singulorum de universitate animam jurare tenentur arg. c. in perera-  
ctandis, 3. circ. fin. d. juram. calum. Singularum etiam personarum procuratores, non in propriam, sed sui principalis, ejusdemque, vasalli dunt taxat enim am Jurare solent Clem. un. vers. dictus namque Henricus. ext. d. jurej.  
Gl. in c. tibi Domina. 33. verb. jurare facio dist. 63. ubi hujus Juramenti formula traditur; Et refert Schneid. p. 5. c. I.  
n. 89. seqq. hisce verbis: Ich N. N. als gevollmächtigter Gewalträger des N. N. schwere vnd gelobe / in N. N. Ge-  
wissen vnd Seele/Gott dem Allmächtigen/vnd dem N. N.  
vonden Schlossern vnd Stadt N. vnd N. vnd ihren Zuge-  
hörungen/als welche von N. N. zu Lehn führen/getrew/ge-  
horsamb/vnd gewertig zu seyn/zuthun vnd zu dienen/ als  
solches Lehnrecht vnd Gewonheit ist/vnd einem getreuen  
Lehnmann zustehet/als mir Gott helfe vnd sein Göttliches  
Wort.

L X I.

Alias forma est vel juratae, vel nonjuratae sive sim-  
plicis fidelitatis. Et haec iterum est vel generalis vel spe-  
cialis. Generalis in eo consistit, ut quis Domino suo fi-  
delis sit, sicut debet esse vasallus c. un. qual. jur. deb. vas. 5.  
F. 2. c. un. d. nov. form. fid. 7. F. eod. Specialis est, in qua  
ea, quae in praecedenti forma generalibus verbis conti-  
nentur, in specie ad certa referuntur capita, nempe ad  
incolume, ad tutum, ad honestum, ad facile, & ad possi-  
bile c. un. d. form. fid. 6 F. 2. quae capita à Dd. satis expli-  
cantur Schrad. tract. feud. p. 6. c. 6. per tot. Vult. d. feud.  
lib. 1. c. 7. n. 40. & c. 10. n. 2.

L X II.

Illijs, juratae scilicet fidelitatis, forma similiter est vel  
D gene-

generalis, vel specialis. Generalem dicimus, quæ in genere, tactis SS. Evangelij domino vasallus jurat, quod illi fidelis esse velit, sicut vasallus erga dominum suum esse debet d.c.un.qual.jur.deb.generaliter tamen praestito fidelitatis juramento, omnia ea, quæ in veteri & novâ fidelitatis formâ scripta sunt, censentur expressa, & jurans ad ea se obligasse censetur Obrecht disp.feud. q. th.140.

LXIV.

Specialis est vel juris communis feudorum, quo triplex reperitur juramenti fidelitatis forma, una in c.un.qual.jur.deb.vas.5. & reliqua due in 2.seqq.tit.d.form.fid.5.d.nov.form.fid.6. & 7.F.2. quibus formis vasallus tactis SS. Evangelij, ea se servatorum jurat, quæ in specie hisce formis comprehenduntur. Atq; hæc est solennis jura menti Clientelaris forma, olim usitata, & à compilatoribus in libris nostris Feudorum proposita: *Vel consuetudinis*, quæ pro stylo cuiusq; curiæ domini, vel regionis aut loci concipi solet, & præferenda est juris feudarij comm: formulæ, si diversa sit ab ea, Schenck.ad d.c.un. d.nov.form.fid.n.6. *Intrigiol. q.feud.5.6.n.187. & 287.* Hodie vernacula, teste Schneid.d.p.g.r.1. n.79. Bocer.d. inv.c.4.n.20. hisce circiter verbis jurari solet, Ich schwe redem N. N. seiner Gn. vnd deroselben leibs lehns Erben auch dero Fürstenthumb vnd Länden/oder Grass vñ Herr schafften/ frommen/ Ehr vnd Nutz zu fördern/ schaden zu wenden/ vnd warnen/ nach meinem höchsten vermögen/ vñ sonderlich wo ich erföhre/das ihrer Gn. etwas an Leib/Ehr/ würden vnd stande/ vnd zu ntgegen ihrer Herrschafften/ Länden vnd Leuten zu abbrechung/von jemand wolte surgenommen werden/ dasselbe seiner Gn. zu offenbahren/ vnd mit höchsten fleiß zu verhüten/ auch sonst getrew/ gehorsamb vnd gewertig zu sein/zu dienen/vnd alles ander zu thun/halten vnd

ken vnd lassen/ was einen frommen/ getrewen Lehnman/ gegen seinen Lehn Herrn nach gewonheit vnd Rechts wegen zuthun gebühret als mir Gott helfe/ vnd sein Göttliches Wort.

LXV.

Ubi notandum, quod fidelitas, formâ antiquitûs receptâ, præstanda sit, nec mutatam vasallus jurare teneatur. *Borch. c. 7. n. 39. Intrigl. q. 56. n. 188. Vult. d. lib. 1. c. 7. n. 40. vers. debet autem juram: adeò ut vi & metu, aut per impressionem extortum præsumatur juramentum, si contra formam antiquitûs receptam & usitatam, sit præstitum, Schrad: d. p. 6. c. 4. n. 43. Vult. d. c. 7. n. 40. vers. binc vulgò. Quapropter juramentum vi & metu præstitum, uti non est obligatorium in alijs, ita nec juranti nocuum esse potest. GL. Dn. Knich. d. subl. & reg. terr. juro. c. 3. n. 256.*

LXVI.

Deniq; si vasallus ea, quæ fidelitatis juramento promisit, dolosè neglexerit, in pœnam incidet, quæ regulariter est privatio feudi. *c. un. qu. fuit prim. caus. ben. am. 24. F. 2: Quâ de re alibi actum.*

LXVII.

Ubi hanc subjiceret placet quæstionem: An vasallus justo & legitimo tempore fidelitatem non offerens, feudo ipso jure, sine ullâ aliâ domini declaracione; an verò non nisi voluntate Domini, & sententiâ demum judicis declaratoriâ præambulâ, privat? Posterius affirmandum censemus *arg. c. un. d. feud. sin. culp. non amitt. 21. c. 1. §. sancimus quo temp. mil. invest. pet. deb. 22. F. 2. c. imperiale. §. præterea: d. prob. feud. al. per. Frid. 55. F. 2.*

LXVIII.

Ubi notandum, si vasallus, à Domino propter feloniam

D 2 com-

commissam conveniatur, quod præter alias excusationis causas, de quibus antè actum, ei quoque competit exceptio remissionis, quod scilicet Dominum sibi feloniam & culpam hanc pœnamq; inde promanantem, vel expressè, vel tacitè remisisse prætendat; & probet, sicq; ab actione amissi feudi dominum excludat. Qua de re pluribus Herm. Vultej. d. lib. i. d. feud. c. 11. n. 11. & seqq. Galij. Et tantum pro ratione instituti nostri.

## COROLLARIA.

### I.

Uter ex duobus Regis filiis præferatur in regno, isne, qui autem adeptum à patre regnum suscepit, an qui postea natus est? Nos in illustri hac, eaq; nodosa atque intricata quæstione, urgentibus legum textt. adducti, primogenito primas damus, cum CL. JC. Dn. Val. Guilielm. Forster. precept. meo aeternū honorando. part. I. tract. Justin. disp. 2. 8. 7. per l. senatoris. 5. ff. d. senat. l. 2. §. in filius. 2. ff. d. decur. l. moris. 9. §. sed utrum. 14. ff. d. pœn. l. senator. II. C. d. dignit. Forster. d. success. ab intest. lib. 4. c. ult. n. 36. & seqq. Matib. Steph. d. jurisd. lib. 2. p. I. c. 2. n. 38. Hottom. illust. quest. 2.

### II.

An Dominus molendini subditos suos cogere possit, ut eo molendino, & non alio utantur? Nobis tam juri, quam rationibus, tum etiam æquitati convenientior videtur Negantium opinio: quia molendino uti, æquè à natura est privilegium, actusq; voluntarius & meræ facultatis, atq; emtio-venditio, aliiq; contractus. Jam vero ea, quæ sunt liberæ voluntatis, prohibitionibus non possunt astringi. Scabin. Lips. lib. i. quest. resolut.

q. 125.



q. 115. n. 4. neq; non utendo, amittuntur l. 2. ff. d. vid  
publ. Geil. lib. 2. obs. 18. n. 4. Hœnon. disp. Inst. 6. 6. 14. rat.  
2. 5 disp. w. II. 6. 8. vid. Borch. d. regal. n. 33. 5 seqq. Rauch-  
bar. lib. 2. qq. jur. civ. 5 Sax. q. 27. n. 36. 5 lib. I. q. 27. ubi  
n. 1. inquit: Illud quidem omni dubitatione caret, sub-  
ditos, ut mandatis istiusmodi pareant, & morem ge-  
rare, nisi prohibitioni olim factæ, per 30. annorum spa-  
cium acquieverint, jure compelli & cogi non posse,  
ibiq; Dd. ad cumulum allegat. Quæ prohibitio cùm in  
facto consistat, non præsumitur Rauchb. d. lib. 2. q. 27.  
n. 37. Wesenb. cons. 67. n. 19. p. 2. vid. consultat. const. Sax.  
part. 5. cas. 6 ubi habetur: Dieweil Mühlen eben so wol  
eine natürliche Freyheit an sich hat/ vnd actus meræ facul-  
tatis ist/ als kauffen vnd verkauffen / so halten die Recht für  
vniuersallich/daz die Obrigkeit die Unterthanen zwinge/auff  
ihren Mühlen zu mahlen/ Dann daraus entstehet den Un-  
terthanen allerley Unrat/ endweder sie müssen andere  
Mühlen/ die shnen besser vnd näher gelegen/ darzu auch bes-  
ser kan gefahren werden/ dann zu des Herrn Mühlen/ ver-  
lassen/ oder sie müssen sich durch der Herrschafft Müller  
befehlen lassen/ vnd haben solches/ wie in andern Mühlen/  
nicht zu endern/ oder wann sie mit haussen ihr Korn darin  
haben/ können sie/ wann es shnen noth ist/ nicht gefertiget  
werden/ vnd hierauff haben wir bis hero gesprochen &c. cō-  
sent. Scabin. Lips. in quest. resol. lib. I. q. 58. 5 q. 124. Item  
consultat. const. Sax. part. 5. q. 5. Schneid. in epit. feud.  
part. 2. n. 53. Jacob. d. S. Georg. verb. 5 cum  
molendinis. num. 4.

Sit sanctæ TRIADI Gloria, Laus & Honor..

D. 3.

ad†





Ad Gotfridum Erhardi J. U. Studiosum  
eximum, amicum.

**A** domino quisquis fundos in feuda recepit;  
Serviet huic totus; atq; fidelis erit.  
Exigis id, Gotfride, tuis thesibus benè comitis:  
Exigis, à Vasso quóq;, Nec immeritò  
Tū quoq; qui Themidos Vassus, Musisq; ministras  
Fidus es & brevibus: digna brabeja dabunt.

Valentinus Guil. Forster. J. U. D.  
& Profess. Publ.

---

**I**N Themidos castris cur sudas? Gloria calcar  
Virtutis: Virtus gloria summa manet.

M. Christophorus Kircherus  
Augustanus.

---

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ

Ad

Politioris Literaturæ delitijs Ex politissimum Juvenem  
Dn. Gottfridum Erhardi Amicum & commensa-  
lem oculissimum.

**G**loria nulla venit terra qui obscurus adharet,  
Altius ergo jurat exeruisse caput.  
Nam veluti Phœbus cœlo inter sidera puro  
Eminet, & lustrat lumine cuncta suo;  
Sic quoq; qui laudem doct' à sibi comparat arte  
Vera præ reliquis is bonitate nitet.

Ergo

Ergo via hac pergas. Doctrina instantia Mater  
Amplificans Genij semina prima boni est.  
Hacce via pergas, quarecta pergis Honoris  
Ad culmen. Jam jam Doctus honore clues.

M. Joh. Albertus Steinmüller Augustanus  
S S. Theol. Studiosus.

---

Juris peritiā Morum pia elegantiā egregio Juveni  
Dn. Gotthofredo Erhardo, amico meo  
singulario.

Q Uod imperi sit fulcimentum & fascium  
Perenne vinculum: potestati suas  
Quid addat vires, quid suum securibus  
Acumen? non diu ambigo: Illud est fides  
Firmata, quam demente mente qui fuit  
Occisam, is Orbis ipsius, suiq; avert  
Ruinam. Hæc una pollet efferatius  
Domare cor percallat æstuosius,  
Candente bile, litiumq; incendijs.  
Sopire pectus; illigare nexibus  
Amoris nos ad invicem vel Gordijs.  
Quam cùm nox fraudum, licentiæq; vis  
Nimis quam pervicax lusisset saepius,  
Exemplò Mulciber tot urbes inclytas  
Depavit: amisere lumen purpuræ  
Augustum: Martij furoris pertinax  
Crudelitas stagnavit atro sanguinis,  
Honorem flosculorum lætum, flumine:  
Immani strage & ossium ingenti aggere  
Exalbuit splendor viroris herbei  
Quid? momine unico pars Mundi mascula

Ignos

Z I N I A

Ignobili ore turpe presserunt solum.  
Nec ipsi prevalent. Avertentes Dij  
Averruncare, pervetare nec Solon  
Durus, Lycurgus nec tenax Rhamnusia  
Nec virginis cavere inexpugnabilis  
Rigor, minus quod Pyrrhæ astas nos subruat  
Tremenda: ubi non præjuratio extimet  
Culpari: ubi non alma nutrit faustitas  
Ceresq; rus: ubi non, marmor Nerei  
Pacatum, ulli integrum est, navi decurrere  
Illæsa: ubi stupro incestare est omnia  
Nec dispuet prolis vel dissimilimæ  
Puerperas. tantum est fidem non frangere!  
Homo hinc diei festi Erhardus est mei  
Pars magna pectoris: qui hoc unicum studet  
Fideli dictisve aras actisve, ne impie...  
Fideli cui nil honore pensius nihil  
Est illibato antiquius: Fideli cui  
Labor pernox secretiora evolvere.  
Ne aberret, ne implicetur forsitan perfidis  
Anfractibus: Quod discat, qui, quando, quibus  
Fidendum. Gotthofride factum est optimè!  
Fides tibi tuisq; pollicebitur  
Opumq; gloriæq; perpetem fidem!

f.l. m<sup>q</sup>z

M. Jovan. Eberken  
Ulmenis Suevus.

Ipsæ fidus, de Fide & Fidelitate disputas,  
Dignus Hercules cui usq; & usq; servetur fides.

Et Mei & Dices edecumato capiti Gothofredo ita gratulatum itum

Christophoro Burckarto Thurnavio Francone.

F I N I S.

Wittenberg. Diss., 1613/23


ULB Halle  
002 673 304

3




VS 17





**Farbkarte #13**



20  
28

Disputatio Feudalis, <sup>xxx</sup> 1620 2<sup>a</sup>

*De*  
**TRIPLICI DOME-**  
**STICITATIS, SUBIECTI-**  
**ONIS, ET VASALLAGH FIDELI-**  
**TATE, EJUSDEMQUE JURAMENTO,**

*Quam,*  
*Sub felici*  
*ALMAE TRIADOS*  
*auspicio,*

Magnifici atq; nobilissimi JCtorum Collegii, in pera  
illustri Wittebergensi Academiâ, consensu  
accedente,

P R A E S I D E

Viro Clarissimo atque Consultissimo

**Dn. GOTTFRIDO Reuter Bitterf.**

Sax. U. J. D. Juridicæ ibidem Facultatis Assessore,  
Affine & Fautore suo ætatem honorando.

*Publicè pro ingenij viribus*  
*mebnur*

**GOTTFRIDUS ERHARDI**  
Coswigæ-Anhaltinus.

*Ad diem 1. Septembr. hor. post 6. matut. in Aula rei o JCtorum.*

WITTEBERGÆ,  
Typis vidue JOHANNIS MATTHÆI,  
Anno M. DC. XX.